Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



XXII

Appropinquabat
dies festus azimorum qui di
citur pascha. Et quebant
principes sacerdotum et scribe quomo
do eum interficerent. Timebant autem
plebem. Intrauit autem sathanas in
iudam qui cognominabatur scariot
unus de duodecim. Et abiit et locu
tus est cum principibus sacerdotum
et magistratibus quemadmodum
illum traderet illis. Et gauisi sunt
et pacti sunt pecuniam illi dare
et spopondit. Et querebat opportu
nitatem ut traderet eum sine tur
bis. Venit autem dies azimorum in
qua necesse erat occidi pascha. Et
misit petrum et iohannem dicens
Euntes parate nobis pascha ut
manducemus. At illi dixerunt
Vbi uis paremus. Et dixit ad eos
Ecce introeuntibus uobis in ciu
tatem occurret uobis homo am
phoram aque portans. Sequimini
eum in domum suam in quam in
trat et dicetis patri familias domus
Dicit tibi magister. Vbi est diuers
orium ubi pascha cum discipulis
meis manducem. Et ipse uobis
ostendet cenaculum magnum stra
tum et ibi parate. Euntes autem
inuenerunt sicut dixit illis ihe
sus et parauerunt pascha. Et cum
facta esset hora discubuit et duode
cim apli cum eo. Et ait illis. Desi
derio desideraui hoc pascha manducare
uobiscum antequam patiar. Di
co enim uobis quia ex hoc non manducabo
illud donec impleatur in regno
dei. Et accepto calice gratias egit
et dixit. Accipite et diuidite inter
uos. Dico enim uobis quod non bibam
de generatione uitis huius donec regnum
dei ueniat. Et accepto pane gratias
egit et fregit et dedit eis dicens. Hoc
est corpus meum quod pro uobis tra
detur. Hoc facite in meam commem
orationem. Similiter et calicem post
quam cenauit dicens. Hic est calix
nouum testamentum in meo sanguine
qui pro uobis fundetur. Verumtamen
ecce manus tradentis me mecum
est in mensa. Et quidem filius hominis
secundum quod diffinitum est uadit
Verumtamen ue homini illi per quem tra
detur. Et ipsi cepunt querere inter
se quis esset ex eis qui hoc facturus
esset. Facta est autem contencio inter
eos quis eorum uideretur esse maior
Dixit autem eis. Reges gentium do
minantur eorum et qui potestatem ha
bent super eos benefici uocantur. Vos
autem non sic. Sed qui maior est in uobis
fiat sicut iunior et qui precessor est
sicut ministrator. Nam quis maior
est qui recumbit an qui ministrat
Nonne qui recumbit. Ego autem in
medio uestrum sum sicut qui min
istrat. Vos autem estis qui permansistis
mecum in temptacionibus meis. Et
ego dispono uobis sicut dispo sitit
michi pater regnum ut edatis et
bibatis super mensam in regno meo
et sedeatis super thronos duodecim
iudicantes duodecim tribus israel.
Ait autem dominus simoni. Simon
Ecce sathanas expetiuit uos ut